


Arcus.	Sinus.
90	6000000000
30	3000000000
60	519615242
45	424264069
15	155291427
75	579555496

PROPOSITIO III.

Cuiuslibet arcus quarta minoris, sinus rectus, est medio loco proportionalis inter medietatem semidiametri & sinum uersum arcus duplicis.

Vt sit in quarta circuli arcus  $c r$  datus, ad quē duplex sit  $c s$ , ductis lineis  $c s$ , & or secante  $c s$  in  $t$ . Item  $s u$  orthogonalī super  $o c$ , & medietas  $o c$  sit  $o x$ . Dico iā  $c t$  esse medio loco proportionalē inter  $x c$  &  $c u$ . Sunt enim duo trianguli  $o c t$  &  $s c u$  similes, quod quilibet rectangulus sit & unum communem habeant, ideo proportio  $o c$  ad  $s c$ , est sicut proportio  $t c$  ad  $c u$ , sed  $o c$  ad  $s c$ , est sicut suarum medietatum, scilicet  $x c$  ad  $c t$ , quare  $x c$



ad  $c t$ , sicut  $c t$  ad  $c u$ , sic patet propositionis intentio. Ex hac propositione concluditur, cuiuscunq; arcus sinus notus fuerit, cognitus etiam erit sinus medietatis talis arcus, ut in exemplo, si uelis inuenire sinū medietatis primæ Kardagæ, habes ex priore sinum complementi huius Kardagæ, scilicet arcus 75 graduum, cuius differentia ad semidiametrum est sinus uersus 15 graduum, ideo notus. Nam id generale est in quarta circuli cuiuslibet arcus sinus differētia ad semidiametrum est sinus uersus complementi talis arcus de quarta circuli. Sic multiplicatio huius in medietatem semidiametri est nota, quæ æquatur quadrato sinus recti arcus 7. graduum et 30. minutorum. hinc huius

cōplemēti sinus notus fiet. Item ex hoc sinus uersus arcus 7 grad. & dimidiij, inde sinus rectus portionis 3. graduum & 45. minut. ex hoc etiā sinus complementi eius, & sic de alijs arcubus, quorum sinus hic posui in tabella, quos si cum superioribus iunges, fient sinus omnium arcuum per 3. grad. & 45. minuta authorum. Ex hac etiam propositione constat cuiuscunq; arcus sinus notus est, fiet & cognitus sinus arcus duplicis, quamuis hac uia non gradiemur.

Arcus.	Sinus.
G. m.	
7 30	78315715
82 30	594866917
3 45	39241877
86 15	598715354
22 30	229610059
67 30	554327720
11 15	117054193
78 45	588471168
37 30	365256858
52 30	476012004
18 45	192863679
71 15	568158078
41 15	395607489
48 45	451103884
33 45	333342140
56 15	498881767
26 15	265373214
63 45	538123645

